



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Sequunt[ur] capitulo[rum] in historiam machabeo[rum]. Libri secundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Machabeorū. II.

nem et dantes et tribute. Visit quoque nunci-
os ad tribunos ut veniret ad se, et daret eis
argentum et aurum et dona, aliosque misit occupa-
re hierusalem et montem templi. Porro alios misit in
gagam ut interficeret iohannem, sed percurres qui
dam in gagam, nunciavit iohanni quod facta fue-
rat. Et ipse festinavit occupare hierusalem, et oc-
cidit eos qui venerant eum perdere. Et factus est prin-
ceps sacerdotum post patrem suum.

Sequuntur tituli capitulorum in historiam
machabeorum. Libri secundus.

| | |
|-----------------------------------------------------------------------|-------------|
| Recapitulatio, | ca. ij. |
| De commendatione iohannis hircani | ca. iij. |
| De institutione xenodochiorum et de morte iohannis | ca. iij. |
| De institutione regni iudeorum per aristobolum | ca. iij. |
| De nece antigoni, | ca. v. |
| De tyrannide regis alexandri | ca. vj. |
| De regno alexandri et de filiis eius hircano et aristobolo, | ca. vij. |
| De multiplici discordia fratrum. | ca. viij. |
| Quod pompeus hierusalem sibi tradita templum expugnauit, | ca. ix. |
| De dissolutione iudee in pentarchias, | ca. x. |
| De fuga aristoboli et iterata eius captiuitate | ca. xj. |
| De reditu aristoboli in syriam et eius morte, | ca. xij. |
| Quod antipater transiit in gratiam cesaris | ca. xij. |
| Quod antipater procurator iudee creatus est, | ca. xiiij. |
| Quod herodes factus est rex galilee, et princeps militie regis syrie, | ca. xv. |
| De morte iulij cesaris et signis, | ca. xvj. |
| Quod herodes adhesit calpurnio, | ca. xvij. |
| De nece antipatri vindicata per herodem, | ca. xvij. |
| De vxoribus herodis et liberis eius, | ca. xix. |
| Quod herodes et phasaelus tetrarche iudee facti sunt ab antonio, | ca. xx. |
| Quod herodes rex iudee creatus est a rome, | ca. xxj. |
| Quod herodes pulso antigono posuit in throno regni in hierusalem, | ca. xxij. |
| De morte mariane dolo salome, | ca. xxij. |
| Quod augustus addidit regno herodis traconitidem et ituream, | ca. xxiiij. |
| De herodianis, | ca. xxv. |
| De offensa herodis in filios, | ca. xxvj. |

Præfatio in historiam secundi libri machabeorum.

Secundus li-

ber machabeorum non est historie persecutio: sed persecute recapitulatio. Est enim epistola quam scripsit iudas machabeus et senatus iudeorum bierosolymite dispersioni iudeorum que exulabat in diuersis regionibus orientis, et maxime in egypto in qua insinuauerunt eis duas a se solennitates nouiter institutas, hortantes ut eas susciperent et solennizarent quæ tannis. Una de purificatione templi quam fecerant vicesima quinta die mensis casleu, post tres annos pollutionis facte ab antiocho. Alteram quam instituerant: xvij. die mensis adar quod est martius, que dicebatur voce syriaca pridie mardochei, diem scilicet quem instituerant per incredibilibus victoriam, quam habuerunt in feco necanore, cuius ca-

put et manum contra templum suspensa predictam. Nihilominus hortantes ut solennizarent diem scenophegie, et dies signis que datur est de crastina a qua non necemias obtulit sacrificia. In hoc autem loco huius epistole legitur hieremias abscondisse arcam et altare incensum in spelunca montis in qua moyses ascendit, et vidit dei hereditatem. Et accesserunt qui-

dam qui sequebantur hieremiam, ut notarunt si-
bi locum et non potuerunt inuenire. Quos culpans hieremias dixit, Ignoratis locis donec congreget deus congregationem populi et populus fiat et tunc ostendet dominus heredes, et apparebit maiestas domini et nubes sicut in diebus moysi, et sicut cum salomon fecit ut locus sanctificaretur magno deo. Quod ergo super diximus epiphanius dixisse hieremiam aliter manifestacione arce fortasse mysticum fuit. Ne autem bierosolymite viderent sine causa has instituisse solennitates, recapitulauerunt in epistola bella que fecerant contra hostes, qui frequenter ebullierant de perfide. Et quoniam liberati erant a deo in manu fortis et signis et prodigijs innumerabilibus. In hac autem recapitulacione apponitur quedam, que in predicta non leguntur historia, quorum quedam supra posuimus supra

Judi duce mardocheo solennitate, xvij. die eiusdem mensis instituerunt in memoriam eius, quod victoriam habuerunt, xvij. die eiusdem mensis quoniam hos occiderunt per puiclas visus ad, lxxv. milia licentia eis data ab asuero. Sic habes super in libro bester circa finem eiusdem.